

聖誕主日 - 天明彌撒 (第三台)

白色 一等

基督如在正午光輝的太陽，用祂的神光，照耀普世一切的人。祂雖誕生在馬槽的貧困情形，而潛隱於人性卑微的外表之下，但依然是天主的聖子，永在的而又全能的。凡一切的人只相祂是天主子，都能分享祂的真光即祂的生命：祂把他們從罪惡的黑暗中解救出來，並使他們成為天主的子女。

依 9 : 5 ; 詠 97 : 1

Puer natus est nobis, et filius datus est nobis: cuius impérium super húmerum eius: et vocábitur nomen eius magni consílii Angelus. Cantáte Dómino cánticum novum, quia mirabília fecit. Glória Patri,

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitatis líberet; quos sub peccáti iugo vetústa sêrvitus tenet. Per eúndem Dóminum nostrum

希 1 : 1 - 12

Multifáriam, multísque modis olim Deus loquens pátribus in Prophétis: novíssime diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constituit herédem universórum, per quem fecit et sácula: qui cum sit splendor glóriæ, et figúra substántia? eius, portánsque ómnia verbo virtútis suæ, purgatióem peccatórum fáciens, sedet ad déxteram maiestátis in excélsis: tanto mélior Angelis efféctus, quanto différentius præ illis nomen hereditávit. Cui enim dixit aliquándo Angelórum: Fílius meus es tu, ego hódie génui te? Et rursum:

進臺詠

有一嬰孩為我們誕生了，有一個兒子賜給了我們；祂肩上擔負著王權，祂的名字要稱為神奇的謀士。——請眾向上主歌唱新歌，因為祂行了奇事。願光榮歸於父.....。

集禱經

全能的天主，求祢開恩：我們在罪惡的古舊枷鎖下為奴，祈望祢取了肉軀體的唯一聖子的新生，解救我們。因我們主.....。

書信

天主在古時，曾多次並以多種方式，藉著先知對我們的祖先說過話。但在這末期內，祂藉著自己的兒子對我們說了話。天主立了祂為萬有的承繼者，並藉著祂造成了宇宙。祂是天主光榮的反映，是天主本體的真像，以自己大能的話支撐萬有；當祂滌除了罪惡之後，便在高天上坐於「尊威」的右邊。祂所承受的名字既然超越眾天使的名字，所以他遠超過眾天使之上。天主曾向那一位天使說過：『你是我的兒子，我今

Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium? Et cum iterum introducit Primogénitum in orbem terræ, dicit: Et adórent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos spíritus, et minístros suos flammam ignis. Ad Fílium autem: Thronus tuus, Deus, in sáeculum sáeculi: virga æquitátis, virga regni tui. Dilexísti iustítiam et odísti iniquitátem: proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo exsultatiónis præ participibus tuis. Et: Tu in princípio, Dómine, terram fundásti: et ópera mánuum tuárum sunt cœli. Ipsi períbunt, tu autem permanébis; et omnes ut vestiméntum veteráscent: et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non defícient.

詠 97 : 3 , 2

Vidérunt omnes fines terræ salutare Dei nostri: iubiláte Deo, omnis terra. Notum fecit Dominus salutare suum: ante conspéctum géntium revelávit iustitiam suam.

Allelúia, allelúia. Dies sanctificátus illúxit nobis: veníte, gentes, et adoráte Dóminum: quia hódie descéndit lux magna super terram. Allelúia.

若 1 : 1 – 14

In princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud

日生了你？』或說過：『我要作他的父親，他要作我的兒子？』再者，當天主引領首生子進入世界的時候，又說：『天主的眾天使都要崇拜他。』論到天使固然說過：『天主使自己的天使為風，使自己的僕役為火燄。』可是，論到自己的兒子卻說：『天主！你的御座，永遠常存；你治國的權杖，是公正的權杖。你愛護正義，憎恨不法；為此天主，你的天主，用歡愉的油傅了你，勝過你的伴侶。』又說：『上主！你在起初奠定了下地，上天是你手的功績；諸天必要毀滅，而你永遠存在；萬物必要如同衣裳一樣破壞。你將它們捲起好似外套，它們必如衣服，都要變換更新；但是你卻永存不變，你的壽命無盡無限。』

臺階詠

全球看見了我們天主的救恩。普世大地，請向上主歌舞，請踴躍。上主已經宣佈了自己的救恩，將自己的正義已啟示給萬民。

亞肋路亞

亞肋路亞，亞肋路亞。神聖之日照明了我們。請萬民來朝拜主，因為浩大的光明今天已降臨於大地之上。亞肋路亞。

福音

在起初已更聖言，聖言與天主同在，聖言對是天主。聖言在起初

Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus eum per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his, qui credunt in nómine eius: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. (*Hic genuflectitur*) Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis: et vídimus glóriam eius, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritátis.

Credo

詠 88 : 12 , 15

Tui sunt cœli et tua est terra: orbem terrárum et plenitúdinem eius tu fundásti: iustítia et iudícium præparátio sedis tuæ.

Obláta, Dómine, múnera, nova Unigéniti tui Nativitáte sanctífica: nosque a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per eúndem Dóminum nostrum

對與天主同在。萬更是藉著祂而造成的；凡受造的，沒更一樣不是由祂而造成的。在祂內更生命，這生命是人的光。光在黑暗中照耀，黑暗決不能勝過祂。曾更一人，是由天主派遣來的，名叫若翰。這人來，是為作證，為給光作證，為使眾人藉祂而信。他不是那光，祇是為給那光作證。那普照每人的真光，正在進入這世界；祂已在世界上；世界原是藉祂造成的；但世界卻不認識祂。祂來到了自己的領域，自己的人卻沒更接受祂。但是，凡接受祂的，祂給他們，即給那些信祂名字的人權能，好成為天主的子女。他們不是由血氣，也不是由肉慾，也不是由男慾，而是由天主生的。於是，（單膝跪）聖言成了血肉，寄居在們中間；我們見了祂的光榮，正如父獨生者的光榮，滿溢恩寵和真理。

信經

奉獻詠

高天是屬你的，厚土也是屬你的，寰宇及其中的一切是你奠定的。正義和公理是你寶座的基礎。

密禱經

主，求祢因著祢唯一聖子的新誕生，祝聖我們所呈奉的獻儀，並洗去我們的罪污。因同一主的.....。

聖誕頌謝詞

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ägere: Dömine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Quia per incarnáti Verbi mystérium nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit: ut, dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amorem rapiámur. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus cumque omni milítia cæléstis exércitus hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

詠 97 : 3

Vidérunt omnes fines terræ salutäre Dei nostri.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut natus hódie Salvátor mundi, sicut divínæ nobis generatió nis est auctor; ita et immortalitátis sit ipse largítor: Qui tecum vivit.

主，聖父，全能永生的天主，我們時時處處感謝祢，實在是理所當然的，並能使人得救。因為藉着聖子降生的奧蹟，祢榮耀的新光，照亮了我們的心目，使我們由於認識降生可見見的天主，而嚮慕不可見的事理。為此，我們隨同天使，總領天使，以及天上神聖，歌頌祢的光榮，不停地歡呼：

領主詠

全球看見了我們天主的救恩。

領聖體後經

全能的天主，求祢開恩：使今日誕生的救世者，- 既賞了我們神生的創造者，也成為也成為賜予我們永生之恩的賜予者。祂和祢.....。